

DOCUMENTI

I.

**Privilegio dell' Imperatore Arrigo VI a favore di
Stefano Abate del Monastero di S. Paolo in
Orthonis.**

Anno a nativitate Domini Nostri Iesu Xti MCXCI Indictione undecima. Sedente in Vaticano Coelestino III Pontif. Max. Regnante Augustissimo, et Invictissimo Arrigo VI Imperatore, qui supradicto anno Stephano Servo Dei Cassinesi Abbati donavit Monasterium S. Pauli in Orthunis prope montem Fanum cum Monasterio S. Mauri Abbatis, et donatio est tenoris sequentis. —

Arrigus VI Divina Misericordia Rom. Imper. semper Augustus, Rex Neapolim.

Ego Dieboldus Alemannus nomine Arrigi VI Imper. Augusti Tibi Stephano Servo Dei Cassinesi Abbati in perpetuum trado Monasterium S. Pauli in Orthunis prope Montem Fanum cum omnibus honoribus, oneribus, fundis, redditibus, et privilegiis, pro redemptione Animae meae. Neapolim septimo Kalendas Decembbris MCXCI.

**Privilégia et possessiones dicti Monasterii S. Pauli
in Orthunis.**

Monaci S. Mauri Abbatis in Monte Fano, et Monaci S. Ioannis de Colle Mazzuto cum S. Victorino Papa debent prae-stare obsequia in Ecclesia S. Pauli in Orthunis, nempe in Circumcisione Domini, in Epiphania, in Conversione S. Pauli Apostoli, et ejus Commemoratione; in Festo Purificationis; per totam Hebdomandam Sanctam; in Ascensione Dni, et Festo Corporis Xti.

Habet jus activum in Glancia S. Angeli in Cacumine Montis; in Glancia S. Blasii in Vallem. In Glancia S. Ma-

riae de Fano: In Capp.^a S. Petri ad Anium, et Capp.^a rurale S. Luciae prope Montem Moria, ubi est Ara Dei — Habet jus Priorem eligendi in Eccl^a S. Ioannis de Valle-Barri — Secunda Ordinis Glancia^a.

Possidet fundum cupparum triginta ante portam dicti Monasterii ad Termas et Fontem.

Fundum ad sottentrionem Monasterii cupparum viginti septem prope viam in lateribus. — Fundum pratimum cūp- parum quinquaginta septem ubi est Eccl^a S. Blasii Martyris prope rivolum qui dicit ad flumen Saltum.

A Monasterio S. Ioannis de Colle Mazzuto habet annum Canonem tumulorum viginti frumenti purgati, ratione dominii super quod repraesentat.

Fundum ad Vallem Oniae cupparum triginta novem cum dimidio, prope fundum S. Ioannis de Colle Mazzuto, Aurelium De Rubeis, Rivum et Vicum, qui in duobus ramis dicit ad Eccl^a S. Blasii in Vallem, et Capp.^m ruralem S. Luciae. — Fundum, ubi est Eccl^a S. Angeli in Cacumine Montis ad Settontrionem. — Fundum ad Orientem Glanciae S. Angeli in Cacumine Montis. — Fundum ad Meridiem Glanciae S. Angeli in Cacumine Montis. — Silvam ad Saracenum. — Silvam, et fundum cupparum viginti septem, ubi est Eccl^a S. Savini. — Fundum prope Montem Moria cupparum septuaginta novem prope fundum Cercularum et Lucentinum. — Fundum ad Collem Cerri cupparum septem cum dimidio. — Fundum Anianum cum Silva prope Torrentem Apon. — Silvam Magnam juxta Montem S. Angeli. — Fundum Puteolanum cupparum octuaginta septem cum dimidio, juxta bona Sabellini. — Fundum, ubi est Eccl^a S. Laurentii in Orticellis. — Fundum prope silvam S. Laurentii in Orticellis cupparum quatuor cum dimidio. — Silvam ubi est Eccl^a S. Silvestri Papae prope Silvam Avinianam et Rutilium. — Fundum cum Silva ubi est Eccl^a S. Luciae. — Silvam ad meridiem Ecclae, et Monasterii prope Rivulum, qui dicit in Glancia S. Blasii Martyris. — Fundum pratimum ad Vallem cupparum duo. — Fundum ubi est Eccl^a S. Petri. — Silvam ad fontem Angelorum prope fundum Fabianum, et Ridoldinum ad Silvam S. Mauri Abbatis. — Molentinum indivisum cum Monasterio S. Pauli de Cucurbito ad Timonem prope

flumen Saltum. — Silvam juxta Molentinum ad Settentriōnem, juxta bona Cascolini. — Fundum in Aqua Alta. — Fundum cupparum quadraginta septem cum dimidio ubi est Ecclae S. Petri ad Nuriam. — Fundum magnum cum Silva ubi est Ara Dei cupparum decem cum dimidio. — Fundum in Cacumine Montis Fani prope fundum S. Mauri Abbatis. — Fundum Turris cum Silva, ubi sunt duae magnae lapides a destris. — Fundum cum arboribus Naucum ad limites prope Anium. — Silvam Castanearum ad Timonem prope Molentinum. — Fundum Gibellinum in Aqua Alta prope fundum Magnae familiae de Marerio. — Fundum cupparum triginta in Colle Frigido cum arboribus naucum prope fundum de Marerio. — Vineam cupparum tredecim ad Anium cum arboribus fructuum. Vineam cupparum septem prope Vallem ad fundum Lucentinum. — Fundum ad Viam Consularem. — Vineam cupparum decem cum dimidio ad Pasculum prope fundum Cameralem ad latera. — Fundum ad Pasculum Anianum cum annuo Canone prope fundum S. Mauri Abbatis. — Fundum ad Vallem de Milio cupparum novem prope fundum Cameralem, et S. Mauri Abbatis. — Fundum prativum ad Vallem de Milio, ubi sunt arbores pyrorum. — Fundum ad Vallem cupparum septem cum dimidio, ubi sunt arbores vitatos. — Silvam ad flumen Saltum prope Pasculum, et fundum S. Mauri Abbatis. — Silvam ad Torrentem Apon prope Silvam Sabellinam. — Fundum cum Silva ad Burneum prope aquam stagnantem. — Silvam ad Collem. — Fundum ad Anium cupparum duo prope fundum S. Mauri Abbatis. — Fundum prope Silvam S. Mauri Abbatis. — Fundum ad Puteolum cupparum novem cum dimidio. — Fundum indivisum cum Monasterio S. Mauri Abbatis ad Vallem de Milio cupparum septuaginta novem cum arboribus fructuum. — Silvam indivisam cum Monasterio S. Ioan. de Colle Mazzuto cum S. Victorino Papa prope fundum Cameralem. — Fundum ad Anium cupparum decem cum dimidio cum arboribus naucum prope fundum San. Mauri Abbatis. — Silvam castanearum ad Vallem Oniae. — Silvam ad Vallem prope fundum Cameralem, et S. Mauri Abbatis. — Fundum ad Apon. — Fundum ubi sunt Termae cupparum decem cum dimidio, prope fundum S. Mariae

de Fano. — Fundum prativum ad Ulmos. — Fundum ad Nепtunum. — Silvam Castanearum in Orticellis. — Fundum in Vulmos cupparum duo prope fundum S. Mauri Abbatis. — Fundum prativum ad Collem ubi sunt duo arbores naucum prope fundum S. Ioannis de Collemazzuto. — Silvam ad ripam. — Fundum Turris ubi est Ecclesia S. Laurentii in Aqua Alta. — Silvam ad Vallem de Milio. — Vineam ad Vallem S. Luciae. — Vineam ad Termas. — Fundum ad Saracenum cupparum duo. — Fundum prope Montem Fanum.

Presens copia extracta est a suo proprio originali sub die decima quarta mensis Martii 1803, in Regio et generali Archivio Panormitano, cum quo concordat, salva etc.

Xaverius a Trabea Archiv.^{us} et Cancell.^{us} Adest sigillum in forma.

~~~~~  
II.

**Coelestinus Papa III Servus servorum Dei ad perpetuam rei Memoriam.**

Annuentibus Nobis piis, enixisque praecibus Augustissimi Imp. Arrigi VI, confirmationem Nram' petentis donationi factae Stephano Cassinesi Abbatи de Monasterio S. Pauli in Orthunis, cum Monasterio S. Mauri Abbatis propre Montem Fanum Ordinis S. Benedicti Abbatis cum omnibus privilegiis, juribus, et pertinentiis, confirmamus, et per nram Apostolicam auctoritatem firmam volumus donationem factam, et abundanter renovamus privilegia dicti Monasterii, Nram Apostolicam Benedictionem permanenter impartimur.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris; anno Incarnationis Dominicæ MCXCII Septimo Idus Iulii, Pontificatus Nostri Anno pmo = M. Dat. Caes. Card. Sallustius = A. de Iosis etc.

~~~~~

III.

**Copia del Privilegio, ossia Investitura di alcuni feudi
in Regno nello Stato di Cicoli, data da Carlo
d'Angiò Re di Napoli a Tommaso Mareri, li 14
Giugno 1266.**

Baronia di Collalto - Credenz. 24, Cas. Maz. XII N. 6.

Carolus Dei Gratia Rex Siciliae citra, et ultra Pharum dux de Angiò Provinciae Comes etc. Universis praesens Privilium inspecturis tam praesentibus, quam futuris notum facimus, quod sane Nobilis vir Thomas de Marerio fidelis noster Majestati nostrae reverenter exposuit, quod cum ipse ex successione suorum Antecessorum, ac legitimo titulo teneret, ac possideret in Regno nostro Siciliae castra Mareri, Gergenti, Vallisnovae, Roccae, desuper Rigatti, Marctelli, Capradoxii medietatem Terreni, et quartam partem Podii S. Mariae, et medietatem Oferiani, fuit omnibus dictis castris a Federico Romanorum Imperatore, et Siciliae Rege spoliatus sub praetextu, quod exequi quaedam mandata ad Ecclesiae dignitatem minime voluisse, et cum deinde Regnum Siciliae Rege careret accessit ad D. Innoc. Papam IV, qui nomine Regis Siciliae eidem Thomae omnia Castra praedicta, quae nunc ipse possidet, restituit; exposuit enim de legitimo titulo tenere, et possidere in d.^o Regno Castra Petrellae, Staphilii, Radicarj, Podii Viani, Gamaniae, Rocchae Labrisiae, Sambuci et Podii Poponischi, quae fuerunt quondam Gentilis ejus Germani Fatis; supplicavitque Maiestati nostrae, ut dicta Castra Mareri, Gergenti, Vallisnovae, Rocchae, insuper Capradoxii, Petrellae, Staphilium, Radicari, Podij Viani, Gamaniae, Rocchae Labrisiae, Sambuci, Podii Poponischi, medietatem Velani, quartam partem Podij S. Mariae, et medietatem Oferiani ipsi Thomae, ipsius haeredibus in perpetuum secundum usum, et consuetudinem dicti Regni, et praedicta alia duo Castra Rigatti, et Marctelli immunia, et exempta prout ab antiquo tempore fuerunt, et sunt de pra-

senti eidem Thomae, suisque haeredibus, et successoribus in perpetuum confirmare, et quatenus opus sit, denuo concedere dignaremur. Nos autem sincerae devotionis, et fidei merita dicti Thomae attendentes, et memores plurimorum servitiorum per ipsum Majestati nostrae praestitorum, et praesertim qd dictus Thomas, et Franciscus apud Majestatem nostram, prout nobiles Equites in bello, et Victoria nostra ad Manfredum nuncupatum Regem prope Beneventum strenue pugnaverunt, ipsius supplicationibus benignius inclinati tenore praesentium decreta nostra' Scia d.^a Castra Mareri, Gergenti, Vallisnovae, Rocchae, desuper Capradoxi, Petrellae, Staphilium, Radicarj, Podj Viani, Gamaniae, Rocchae Labrisiae, Sambuci, Podj Poponischi, medietatem Velani, quartam partem Podj S. Mariae, et medietatem Oferiani cum Vassallis, Vassalorum redditibus, juribus, actionibus, et jurisdictionibus, eorum omnibus dicti Thomae, ejusque haeredibus in perpetuum usum, et consuetudinem dicti Regni nostri confirmamus, et quatenus opus sit denuo concedimus serviis, et juribus quibuscumque nostrae Curiae debitIs salvis, et reservatis. Alia praedicta duo Castra Rigatti, et Marcelli sita in ultimis partibus dicti Regni juxta Statum Ecclesiae eidem Thomae, ejusque haeredibus, et successoribus in perpetuum de certa nostra scia, gratia speciali, et Dominica Potestate confirmamus, et quatenus opus sit denuo concedimus immunita, et exempta cum Vassallis, Vassalorumque redditibus, juribus, actionibus, et jurisdictionibus eorum omnibus, prout ab antiquo fuerunt, et sunt de praesenti. Concedentes insuper, quod ipse Thomas, ejusque haeredes, et successores ejusdem Familiae de Mareris absque alio Regio assensu et privilegio secundum eorum consuetudinem vendere, donare, alienare, et eisdem Castris succedere possint. Verum extra eorum familiam de Mareris d. assensu non impetrato non sit aliqua alienatio permissa. Volumus enim quod hoc privilegium, et Gratia eis sufficiat, praesenti nostra confirmatio, et nova concessio ipsi Thomae suisque successoribus in perpetuum sit stabilis, valida, firma tam in Iudiciis, quam extra, quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Reservato tamen Majestati nostrae, et juris in dicto Regno Haeredibus, et Successoribus

cum requisiti fuerint servire personaliter teneantur, quod servitium praedictus Thomas pro se, suisque haeredibus et successoribus praestari fuere, et praedicta omnia adimplere promisit, et obtulit, solitumque homagium et fidelitatis debitae Majestati nostrae juramentum.

Ad hujus rei memoriam, et stabilem firmitatem praesens Privilegium exinde fieri jussimus subscriptum nostrae propriae manus et sigillo nostrae Majestatis communitum.

Datum Neapoli anno Dni 1266, die 14 Iunii. Indictionis VIII. Regnorum nostri Regni Anno I.

Rex Carolus =

Stephanus Batius de Roan Cancellarius de mandato =

Locus ☩ Sigilli =

~~~~~

#### IV.

**Il seguente Documento è stato copiato da un fascicolo delle Riformanze della Città di Rieti dell'anno 1266.**

Die V exeuntis mensis Februarii (1266) Dominus Rogerius vicarius nobilis viri Guidonis Marchionis potestatis Civitatis Reate fecit per Blasium publicum preconem ad sonum cornu et voce precon. in palatio, quando Domini Mathei Mauri, in quo Dnus potestas et ejus curia tunc morantur, Consilium speciale more solito congregare, in quo quidem proposuit et proponere fecit et consilium petiit quod placebat super eo quod dicebatur quod Dominus Papa et ejus curia vult dictam Civitatem Reate accedere moraturi etc.

Item proposuit quod cum Dominus Rex Karolus modo intret cum suo exercitu in Regnum, et novitates concurrunt ipsa occasione in Regno, si videtur consilio quod pro parte communis Reate aliqua tractentur vel fiant in capite Regni seu in terris seu castra terrar. quae sunt in diocesi Reatina... In cuius consilii reformatione placuit maiori parti, facto partito, quod mittantur ad invitandum Dominum Papam et eius curiam duos bonos et scientes Ambaxiatores eligendos per consilium speciale, quod Camerarius capiat dena-

rios mutuo, qui necesse fuerit pro Ambaxiatoribus. Item quod Dominus Papa et eius curia invitetur sapientius et placabilius quam invitari potuerit; dummodo non fiat certa promissio nec certus modus ponatur super rebus et super victualibus etc. Item placuit et stabilitum est nemine contradicente quod requirantur Dni de Marerio, et Castra Fo.... Petrulae, Introduci, et aliorum castrorum de Regno, qui sunt in circuitu seu diocesi Reatinae civitatis, quod facere debeant mandata Ecclesiae Romanae et Dni Karoli, et si non fecerint mandata ut dictum est, Comune et Homines Reatini faciant contra eos quidquid mali potuerit per eos fieri, et quod Ambaxiatores mittantur ad requirendum super praedictis Dni et Castra supradicta et etiam Machilonenses, Dni de Castellione, Dni de Marano, Monticelli, Castra Calcariolae et Pendentiae. Item elegerunt in Ambaxiatores qui vadant supradicta ambaxiada Sinibaldum Domini Raynaldi, Andream Caselle, et Petruccium Petri Adami, qui vadat pro notario cum praedictis Ambaxiatoribus.

Die nona intrantis mensis Martii.

Andreas Caselle et Raynaldus d, Sinibaldi retraxerunt ambaxiatam eorum in consilio spetiali, et aliorum bon. hominum adiunctorum per consilium, et legi fecerunt ipsam sicut scriptum inferius appetat.

In Xpti nomine Amen. Anno MCCLXVI Indict. VIII Temporibus Dni Clementis Papae IIII mense martii, die II intrantis.

Sinibaldus Dni Raynaldi et Andreas Caselle ambasciatores Comunitatis Reate accedentes ad Castrum Capradossi in quo quidem morabatur Dnus Philippus de Marerio, legi fecerunt coram eo litteras Comis, inde... eorum ambaciatam exposuerunt, et narraverunt eidem ambaciatam pro parte Comis jam dictae, et ab eodem cum instantia, super dicto negotio responsionem eis faciendam per eumdem Dnum. Ad q. dictus Dnus Philippus responsionem fecit in hunc modum: se quidem paratum esse facere pro Com. Reate totaliter mandata Summi Pontificis et Dni Karoli regis ad petitionem Comis Reate antedicta. Presentibus Leto Davanzati, Dno Gentile Rainaldi de Castroveteri, et Ioanne Loffredi, et notar. Thoma de Capradosso,

Die quarto intrantis Mensis Martii. In palatio de Marerio, ubi Dnus Iohannes de Marerio morabatur, dicti Ambasciatores legi fecerunt eidem Dno literas predicte ambasciate, et ipsam amasciatam narraverunt coram eo, et petierunt ab eodem cum instantia respcionem fieri de predictis, ad q. dictus Dnus Iohannes respcionem fecit sub hac forma videlicet quod paratum est facere p. Com. Reate mandata Summi Pontificis et Dni Karuli Regis. Rogat tunc Potestatem et Consilium et Comune Reate, ut quemdam nuntium ipsius Comunis Reate cum procuratore suo et sui fratri Domini Philippi mandent ipsorum Dominorum expensis tam ad Sommum Pontificem quam ad Dominum Regem Karulum, tali forma, q. dictus muntius roget praefatos Dominos ex parte Comunis Reate ut facta Dominorum ipsorum amore ipsius Comunis sint eis commendata. Presente Dno Raynaldo Marinelle, Not. Bartholomeo, Philippo Iohannis Sinibaldi de Marerio.

Eodem die in Castro Pendentie, in Ecclesia S. Nicolai similiter dicti amasciatores legi fecerunt litteras predictas et narrando eorum ambasciatam Dominis dicti Castri scilicet Dno Pandulpho Dni Gentilis et Pandulpho Dni Abrunamontis petierunt ab eis super propositis et litteris respcionem fieri. Ad q. dicti Dni responderunt quod p. com. Reate parati sunt facere mandata Supremi Pontificis et Dni Regis Karuli ad voluntatem et mandatum communis ipsius. Rogant ipsum Comune ut, cum fratres et avunculi eorum fuerint in regno, quod quoisque redeant differatur, cum ipsa occasione possent personas amittere. Presentibus Dno Raynaldo de Turri, Dno Oddo ~~e~~ Dni Thome, et Domino Raynaldo de Pendentia.

Die predicta dicti amasciatores accedentes ad castrum Calcariole legi fecerunt litteras Comunis Dno Andree de Valman... et narraverunt eidem Amasciatam ex parte Comunis praedictae, et petierunt respcionem fieri ab eodem super praedictis, ad q. dictus Dominus Andreas responsum dedit et dixit quod p. Comune Reate paratus est totaliter facere mandata Supremi Pontificis et Dni Regis Karuli ad requisitionem et mandatum ipsius Comunis. Presentibus Mattheo Iohannis Berardi, Petro Qualterii, Thomae, etc., etc.

## V.

**Clemens PP. IV G. De Blado capitaneo Regni Si-  
ciliae citra farum.**

Dilecto filio Abbatii S. Salvatoris nostris mandavimus litteris, ut castra sua diligenter custodiens inimicis regis, quos hostes Ecclesiae confitemur, nullum aditum, nullum consilium vel auxilium, seu favorem impendat: gentique tuae se praebeat favorabilem et benignum, et opportunum, prout poterit, adiutorem. Sane de Castris Iohannis de Marerio scire te volumus, quia licet sint in imperio, sub nostraem tamen defensionis praesidio, favore et gratia non consistunt, dum Regis inimicis adhaerent - Dat. Viterbii VI Idus Martii an. IV. 1268.

Ex Thesauro - Edmundi Martene - Tom. 2. Collat. 379 - Let. E - F,

~~~~~  
VI,

**Copia del Privilegio di Carlo d'Angiò Re di Napoli
a Tommaso Mareri (Documento III) prodotto al-
l'Aquila il 14 febbraio 1323.**

Baronia di Collalto - Credenz. 24 - Cas. Maz. XII - N. 6.

In Dei nomine Amen. Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo tertio, Die Decimaquarta Februarij septimae Indictionis apud Civitatem Aquilae in domo nobilis Marij Ludovici d.^ae Civitatis. Regnante Ser.^{mo} Dno Nro Roberto Dei gratia inclito Hierusalem, et Siciliae Rege Ducatus Apuliae, et Principatus Capuae Provinciae Forquli et Pedemontis Comite, regnum ejus anno quinto decimo feliciter. Amen.

Nos Antonius Stephani d.^ae Civitatis Aquilae Regius Iudex et Dominicus Pauli eiusdem Civitatis auctoritate Regia publicus Notarius, et subscripti Testes literati de eadem

Civitate, vlt Notarius Martinus Seraphini, Notarius Nicolaus Andreae, Matthaeus Iacobi, Lodovicus Francisci, et Horatius Iuliani ad hoc vocati, et rogati, praesenti scripto publico notum facimus, et testamur, quod Mag.^{cus} et potens Vir Petrus de Marerio praetitulato die, et loco Nobis ostendit, et exhibuit quoddam privilegium Regis Caroli Primi in carta membrana scriptum propriae manus d*i* Regis subscriptum, et in pede magno sigillo Cerae rubeae Suae Majestatis pendenti in filo serico munitum, ac datum Neapoli Die decimaquarta Iunii 1266 quod privilegium vidimus, legimus publice, et inspeximus non abrasum, non cancellatum, non vitiatum, nec in aliqua ipsius parte suspectum, sed omni prorsus vitio, et suspicione carens, et cujus privilegii tenor per oia talis est.

Carolus Dei gratia Rex Siciliae citra, et ultra Pharum etc.

È trascritto alla lettera tutto il privilegio. (Docum. III).

Quo privilegio nobis, ut supra, ostenso, et exhibit, et per nos viso, et lecto, praedictus Magnificus Petrus declaravit ipsius Petri valde interesse d.^m privilegium transumi, exemplari, et in pubblicam formam redigi facere, ac Neapolim mittere pro aliquibus suis negotiis, timens, ne originale propter itineris distantiam amittatur, et ideo Nos praedictos Iudicem, Notarium et testes requisivit, ut d.^m privilegium transumere, exemplare, et in publicam formam redigere deberemus. Cuius petitione nos annuentes, quia nostrum officium publicum est, et nemini denegare possumus, praedictum praeinsertum privilegiū de Verbo ad verbum, ut iacet, nihil in eo addito, mutato, vel diminuto, quod sensum mutet, vel intellectum variet praeter literam, vel syllabam per manus mei praedicti Notarii Dominici transumpsimus, et exemplavimus a d.^o proprio eius originali, cum quo deinde auscultavimus concordareq; invenimus, et in praesentem publicam formam redigimus. In huius rei fidem, et memoriam, ac d.ⁱ Petri, et omnium aliorum, quorum, et cuius interest, et interesse poterit in futurum cautelam factum est de praedictis hoc praesens publicum Instrumentum signo solito mei supradicti Notarii Dominici, subscriptionibus, et signis nostrorumq; sup. Iudicis,

et testium roborum. Quod ego qui supra Dominicus Pauli de Aquila regia auct.^e publicus Notarius, qui praedictis Notarius interfui, scripsi, et publicavi, dictumq. praeinsertum privilegium tramsumpsi, et exemplavi ex dicto proprio eius originali, cum quo Una cum praedictis Iudice, et testibus ut supra auscultavi, et concordare inveni ac in praesentem publicam fomam redegi, et meo solito signo signavi = Locus ☩ signi.

Ego Antonius Stephani de Aquila qui supra Iudex omnibus, et singulis praedictis interfui, me subscripsi, et hoc signum feci ☩

Ego Notarius Martinus Seraphini de Aquila qui supra omnibus, et singulis testis interfui, me subscripsi, et meo solito signo signavi. Locus ☩ signi.

Ego Notarius Nicolaus Andreeae de Aquila qui supra ptis omnibus et singulis testis interfui me subscripsi, et meum signum apposui. Locus ☩ signi.

Ego Horatius Iuliani de Aquila qui supra testis praed.^a testor, et signo.

Ego Matthaeus Iacobi de Aquila qui supra praedictis testis interfui, me subscripsi, et hoc signum feci ☩.

Ego Ludovicus Francisci de Aquila qui supra testis praedicta testor, et signo ☩.


~~~~~  
VII,

**Dilectis filiis Officialibus et Comuni Civitatis nos  
siae Reafinæ, Calistus PP. III.**

Dilecti filii, salut. et apl. Ben. Non latet vobis ut arbitramur, quanto labore industias composuimus inter Ursinos et Columnenses ceterosque qui partibus huiusmodi inhaeserunt, inter quos fuerunt dilecti filii nobiles viri Iohannes Baptista et fratres de Marerio, et Homines Rocchae Sinalbaldi, quos non solum dictis induitiis comprehendi volumus, sed etiam in protectione nostra suscepimus quo liberius data a nobis quiete frui possent. Nunc, quoniam intelligimus

quosdam temerario ausu contra praefatos de Marerio et Homines Rocchae Sinibaldi hostilia audere, et pacem hu-  
iusmodi turbare conari, merito móvemur: quapropter vo-  
lumus ac discretioni vestrae per praesentes praecipimus et  
mandamus ut vigilanti studio praedictos de Marerio et Ho-  
mines Rocchae Sinibaldi ab omnibus et singulis qui quo-  
cumque modo iniuriam inferrent, tueamini et defendatis  
auctoritate nostra, ita ut quiete et libere vivere et conver-  
sare quocumque possint.

Datum Romae Ap. S. Petrum sub annulo Piscatoris. Die  
X Martii MCCCCLVIII. Pontif. nostri anno tertio.




### VIII.

MCCCXCIII Bonifacius IX Lippo de Marerio et Cole  
ejus filio domicellis Reatinae Diocesis, ejusque filiis masculis  
legitimis natis et nascituris concedit nobile et honorificum  
Feudum Castrum Capradossi, alias Carpadossi dictae Dio-  
cesis ad Monasterium S. Salvatoris Majoris Romanae Eccle-  
siae immediate subiectum, justo titulo et pleno jure spectan:  
sub annuo censu absque pactis.

Datum Romae V Kal. Decemb. Anno V.

(GALLETTI. *Le tre Chiese*, pag. 193).



### IX.

#### **Copia del privilegio rilasciato a favore di Francesco Mareri dal vicerè Filiberto di Oranges a nome dell'imperatore Carlo V.**

(Si riporta la sola parte che occorre al nostro lavoro).

Carolus Divina favente clementia Romanorum Imperator  
semper Augustus rex Germaniae etc. Ioanna Mater, et idem  
Carolus ejus filius Dei gratia Castellae Aragonum utriusque  
Siciliae, Hyerusalem, Hungaris, Dalmatiae etc. Philibertus De-

cealon Orangiae Princeps Caesareae Majestatis Italia Capitanus Generalis etc. Universis, et singulis praesentium seriem inspecturis tam praesentibus, quam futuris merita, et servitia multiplicita grata, et acceptissima praestita Caesareae Majestati per Magnificum Franciscum de Mareri continuum praedictae Majestatis Caesareae in omni opere, et praesertim in partibus Lombardiae tempore captionis Regis Gallorum, et similiter in Hispania, et Francia pro societate, et custodia dicti Regis Gallorum; reversus in regno servivit in bello Trosolini, et postmodum per Illrem D. Carolum della Noy tunc temporis Viceregem fuit deputatus pro custodia Terrae Populi contra Rencium de Ceri, et in invasione proxima praeterita servivit in Provinciis Aprutii *pro custodia passus Petrella in finibus Regni, ubi continue stetit cum vassallis Caesareae Majestatis*, et multoties operatus fuit contra inimicos, et notorium est, qua de causa passus fuit multa damna non solum in bonis suis, quae tenebat extra Regnum, quae ab inimicis fuerunt diruta, sed etiam quod Franciscus de Mareri frater consobrinus ipsius Francisci de Mareri, fuit interfectus ab inimicis dictae Majestatis. Et alia servitia, quae dictae Majestati praestitit et praestat, ac praestitum speramus de bono semper in melius, continuatione laudabili, nos inducunt, invitant, et hortantur, ut sibi reddamur grati, et gratos, liberales, utique gratitudinem regiam, et nostram erga ipsum ostendamus, quapropter cum fuissent opera Caesareae Majestati, et ejus Curiae quaedam Castra, quae tenebat in Provinciis Aprutii q.<sup>m</sup> Franciscus dictus de Mareri, propter ipsius obitum sine liberis, et *sine prole legitima*, quo aperto, et claro jure in praemissis Feudis succederent v. g. *Rocca Randisi, Turris de Taglia, Podium S. Ioannis, et Terra seu Castrum Collis Fegati Podii de Valle, et Castri Roccae Dorisii (Qdorisii) diruti, et inhabitati annuum redditus praedicta omnia feuda, ut supra, scudorum circa centum quinquaginta, considerantes, quod Castra praedicta fuerunt communium parentum, et Aviae dictorum Francisci, et Franciotti, et eodem stipite a quo feuda praedicta dependent dicti Franciottus, et Franciscus, descendunt tamquam nati ex duabus fratribus germanis, v. g. Franciottus ex Iulio, et Franciscus ex Ioanne filiis q.<sup>m</sup> Francisci de Mareri, et Paolae de Pop-*

plete Dnūs feudorum prædictorum; volentes de Castris prædictis vobis providere intuitu vestrorum servitorum, et in recompensam damnorum per vos passorum, et ex considerationibus præmissis tenore præsentium de certa nostra scientia deliberate, et consulte, atque ex grātia speciali prædictum motum nostrum, cum deliberatione, et assistentia regii Collateralis Consilii nobiscunq; assistentis auctoritateque regia noviter nobis attributa, vobis jam dicto Francisco de Mareri pro se suisque haerēdibus, et successoribus, ad benplacitum tamen Caesareae Majestatis jam dicta *Castra Randisii, Turrem de Taglia, Podium S. Ioannis, Terram seu Castrum Collis Fegati, et Podii de Valle, et Castri inhabitati Roccæ Dorisii* cum castris, seu forselliciis domibus, palatiis, aedificiis, et locis aliis in eisdem assistentibus Casalibus, et vallis hābitatis, et inhabitatis, feudis, et subfeudis, quaternatis, et non quaternatis, etc. etc. — et cum ipsorum integro statu, et cum omnibus, et quibuscumque juribus Potentibus, et Auctoritatibus ad dictas Terras, et Castra tam de jure quam de consuetudine, seu alio quovis modo spectantibus, et pertinentibus ad utile dominium ipsarum Terrarum, et Castrorum, quae videlicet de demaño in demanium, et quae de burgensatico in burgensaticum, et quae de servitio in servitium si et etc. dum vixit prædictus q.<sup>m</sup> Franciottus de Mareri melius, et pluries tenuit, et possedit, et cum mero mixtoque imperio, et gladii potestate, et cum omnimoda potestate, jurisdictione, et banco Iustitiae, ac cognitione primarum et secundarum causarum civilium, et criminalium, et mixtarum quarumcumque, et omnium quorumcumque cognitio, et jurisdictio ad Iustitiarios Provinciarum, seu Vicereges, aut Locumtenentes, seu Gubernatores Proviñciarum, ac etiam ad Magnum Iustitiarium regni, ejusque Locumtenentem, Regentem Magnam Curiam Vicariae, secundum jura, constitutions, et capitula Regni, pertinerent in quibusvis causis civilibus, criminalibus, et mixtis, nec non criminibus, excessibus et delictis etc. etc. — vobis prædicto Magnifico Francisco de Mareri in dictis Terris, et Castris applicendis; et de illis pro vestrae voluntatis arbitrio dispositione disponere possitis, et valeatis de quibus nullam Regiae Camerae rationem reddere teneamini, neque teneantur cum potestate

creandi etiam Capitaneos, Assertores, et Magistros Actorum, eosque mutandi, ac erigendi furcas, et justellas, et omnia alia meri, mixtique imperii signi executionem justitiae denotantia etc. etc. et quod vos dictus Magnificus Franciscus, vestrique haeredes, et successores praedicti possitis, et possint uti illis quatuor litteris arbitrariis, quarum prima incipit *de juris censura*, et altera *ne tuorum*, 3<sup>a</sup> *promissi juris sanctio*, et 4<sup>a</sup> *exercere volentes*; etc. etc. — super quibus omnibus regium interponimus decretum cum deliberatione Regii nobiscum assistentis Consilii Collateralis ad habendum, tenendum, et possidendum tam dictas Terras *Roccae Randisi*, *Turrim de Taglia* etc. in feudum, et sub contingentи feudalи servitio, seu adoa quoties generaliter indicetur, et quae *burgensatica in burgensaticum*, et eo modo, et forma prout melius et plenius dictus q.<sup>m</sup> Franciottus Mareri dum vixit uti praedecessor tenuit, et possedit nec non vendendum, alienandum, tradendum, concedendum, donandum, in dotem dandum, et dotis causa assignandum, et pro dotario, et ante facto obligandum, uti fovendum, retinendum, et donandum, faciendum, et disponendum tam inter vivos, quam ultima voluntate et demum de praedictis, et quolibet praedictorum agendum, et disponendum etc. vobis praedicto Magnifico Francisco, et vestris haeredibus, et successoribus praedictis visum fuerit, et placebit, et prout quilibet utilis Dominus de re sua feudali facere possit, et debet Regio assensu reservato per feudalia tantum cum beneficio legis bene a Zenone, et leges omnes C. de quatrien. praescript. cessantes, et penitus revocantes omnes et quascumque concessiones, et promissiones de praedictis etc. etc.

Insuper promittimus nos et omnes de Collaterali Consilio attentis meritis, et servitiis vestris interponere partem nostram modis omnibus possilibus, quod praedicta Majestas Caesarea praesens privilegium, et omnia, et singula in eo contenta confirmabit per privilegium Suae Majestatis expediendum in forma valida, et ut praemissa illum quem volumus debitum sortiantur effectum. Mandamus Illi regni Magnifico hujus regni Commissario, ejusque Locumtenenti, Praesidentibus, et Rationalibus Regiae Camerae Summariae Illiciique dicti regni Protonotario, Viceprotonotario, et Depu-

tatis S. R. C. Illustrique dicti regni Magistro Iustitiario, Regenti, et Iudicibus Magnae Curiae Vicariae, Illustribusque Spectantibus Magnificis Nobilibus, ac Regiis viris, quibuscumque Baronibus titulatis, et non titulatis, Gubernatoribus, Assessoribus, Capitaneis, Universitatibus, Sindacis electis, et aliis hominibus, et personis tam demanialibus, quam Baronum quocumque nomine nuncupatis titulo, officio, auctoritate fungentibus praesentibus, et futuris, seu eorum Locumtenentibus, et Substitutis ad quos spectabit, et praesertim dictarum Terrarum, et Castrorum *Roccae Randisii, Turris de Taglia, Podii S. Ioannis, Terrae seu Castri Collis Fegati, et Podii de Valle*, caeterisque omnibus ad quos spectabit, et quomodolibet spectare poterit quatenus vos praedictum Magnificum Franciscum de Mareri, seu vestrorum Legitimorum Prorem statim receptis praesentibus in possessionem dictarum Terrarum, et Castrorum *Roccae Randisii*, etc., et omnium praedictorum ut supra concessorum, ponant, conducant, positumque, et inductum manuteneant, protegant, et defendant formaque, et tenore praesentium per eos, et unumquemque ipsorum diligenter attenta illam ad unguem, et inviolabiliter observant vobis, vestrisque haeredibus, et successoribus praedictis firmiter observent, et teneant, tenerique et observari faciant per quos decet inconcesse iuxta ipsius seriem et tenorem omnidi bio, et difficultate, cessantibus legibus, juribus, constitutionibus, consuetudinibus, regnique Capitulis, rescriptis editis, ordinationibus, ritibus, et aliis quibuscumque forte contrariis, seu quomodolibet detestantibus, seu contradicentibus nullatenus constitutis, et contrarium non faciant pro quanto gratiarum praedictarum Majestatem caram, habent, et poenam ducatorum auri mille cupiunt evitare. — Datum in civitate Neapolis die... mensis Aprilis 1529. Decealon, vidit Morronus Regens, vidit Collaterale Regium C., Viceprotonotarius vidit Goffredus regius, vidit Alfonsus Sanchez Thaesaurarius Generalis.

Hyeronius de Francis<sup>co</sup> Locumtenens Magni Commisarii, Dnūs Vicerex Locumtenens Generalis mandavit mihi Bartolomeo Martirano in privilegorum Loc.<sup>is</sup> R.<sup>ae</sup> C. l.l. super quo quidem privilegio petita pro parte Magnifici Francisci de Mareri executorias in forma dictae Regiae Ca-

merae, ea vobis propterea, et vestrum cuilibet praesentium tenore O. V. N. 9 fol. dicimus Cam.<sup>s</sup>, et mandamus, committimus inspectis per vos, et vestrum, quam formam, et honorem dicti praesentis privilegii, privilegium ipsum, ac omnia; et singula in eo contenta ad unguem exequi, et observare debeatis juxta ipsius seriem continentiam, et tenorem, et contrarium etc., et poenam in paeinserto privilegio contentam cupitis evitare praesentibus etc. — Datum in Regia Camera Summariae Die 16 mensis Maii 1529. Augustinus de Francisco M. C. L.<sup>s</sup> = Simon Galterius Mag.<sup>r</sup> Act. in exequ<sup>e</sup> 26 fol. 7 a t.

Concordat cum suo originali etc. melioris, et in fide etc.

Ego Notarius Dominicus Cligius ad. etc. const.<sup>o</sup> ad instantiam Baronis Francisci Mareri hic meum signum consuetum apposui, et signavi etc. meque etc.

Idem quibus supra Notarius Dominicus Cligius manu propria etc. —

Locus signi. —

